Gesta lynceorum anni. 1604.

Auspicatum fuit huius noui anni exordium à precibus et dei inuocatione ut tantam auaro-
nitarum iddorum insolentiam, helluonum videlicet iniurias aduersus lynceos emolliret
si nostrorum non causa meritorum sua saltem benignitate ne ea impij abuterentur
eius hac tam diuturna licentia, Jactis singulorum voce religiosis in cęlum orationi:
bus ad domum reuersi ipsi demeo diuino inuocato numine consilium exorditi sunt,
Primus omnium Cęlivagus, longa ac diserta ~~declamatione~~ oratione quotidianas sin:
gulorum in se iniurias enarrauit, ea profecto eloquentia ut nullum sine lachri:
mis ante finem perorandi reliquerit, cęteris uero diuersis modis sciscitantibus
quo pacto tanta gentium insolentia ~~cohiberi~~ posset et principi aliqua tranquil:
litas statui, nihil plane congruum proponi potuit nec erat, Res enim pre:
cipua gerebatur inter pares principis, et tota causę robur ab ipsis pendebat
parentibus, qui iam lynceum unumquemque ita exhorrescebant ut no:
men ijs nullum feteret tetrius, Proposuit unus ut lyncei per aliquod sal:
tem tempus separarentur à principe instabat extra principes, nec nullo
decebere pacto, ubi periculi timore inquiebat amicus negligitur, non ea ami:
citia est sed larvata familiaritatis nomine beneuolentia, nulli genero:
so insita animo, Ideo inquiebat si me amatis sequimini ad utramque
fortunam quotquot estis, At nihil illa proderant ~~efficaciter~~ noluit
discedere Eclipsatus petijt discedendi licentiam, Eandem sibi neces:
sariam esse et ad iter cogi veriori exemplo ostendebat Tardigradus,
Illuminatus solum recessum in urbe per aliquod dies supplicabat. Hęc
et similia ~~abiug~~ turbarant vehementer principis animum dum se so:
lum in hostium manibus coniectum omni priuatum amico ~~cōsiderabat~~.
Ne ad tantam separationem perueniretur conclusum inter omnes est ut
quam posset benigna voce parentem utrumque adiret et si posset tranquil:
lo sermone, aut molli salutatione tantam iram effringeret. Sic egit sed
nihil potuit verbis eius aures porrigere quisquam voluit, Una parens ora:
bat ut lynceos relinqueret ut hos expelleret, ille longiori sermone, ipse
contra lynceos defendebat ac sybaritarum eos iniurijs laceratos as:
serebat quod unicum nullis recte sonabat cęlingi consanguineis apud
quos lyncei omnes male audiebant. Misera erat rerum facies irascebatur
in filium pater, genitor in eundem plorabat excandescebant parentes
utrinque stabant precipiti in ruina, Nemo erat cui non extremum velut
exitium pre oculis esset. Visum fuit his omnibus incremento ~~exurgentibus~~ Celin:
go sequenti die quę secunda Januarij erat discedere paulisper ex urbe et ruro
concede donec audiret aliquantisper et placaretur parentum mens. Primo